

judicare valeant juxta Tridentini Concilii decretum, ut
 quas à triginta annis circa ad damnum Ecclesie & contra
 Canonicas sanctiones contractas fuisse judicaverint, irritas
 declarent, de quibus *sess. 25. cap. 11.*

75 Atque hæc ferè sunt, quæ Sinodus Provincialis ex Con-
 cilio Tridentino præstare debet, super quibus amplior est
 illius potestas, quam jure communi eidem competat, *cap.*
Episcoporum, 18. dist. cum in præmissis non propria, sed
 Concilii universalis autoritate nititur. In cæteris enim cau-
 sis & negotiis meminisse oportebit Episcoporum Concilia
 non habere vim constituendi, sed autoritatem imponendi &
 inducendi quod aliis statutum & generaliter, seu specialiter
 observari præceptum, multoque minus in hujusmodi Con-
 ciliis de rebus fidei & majoribus causis tractari, aut quid-
 quam definiti potest, *cap. Majores de baptisim.* Non tamen
 horum potestas adeò restringitur, quin multa statuere pos-
 sit circa ea, quæ totam Provinciam concernunt præter jus
 commune, & quandoque etiam contra illud ex causa urgenti
 verisimiliter à Canone non prævisa, secundum ea quæ fasè
 adnotavi in *cap. Dilectus supra de tempor. ordinat. & in c.*
Quod super his de major & obedient. Suisque decretis jus
 commune adjuvare addendo novas penas vel antiquas au-
 gendo.

76 Ceterum ad evitandam omnem ambitionis & presumptio-
 nis suspensionem abinvenendum erit à promulgandis novis de-
 cretis, quæ jure communi & Pontificis constitutionibus mi-
 nus consonant etiam in casibus aliis permittis, *DD. in d. cap.*
Quod super his de major. & obedient. & ubi per antiquos
 Canones vel ultimum generale Concilium, aut summorum
 Pontificum Constitutiones provifum non fuerit vel minus
 sufficienter, supplebit Sinodus Provincialis suis Constitutio-
 nibus, ut Ecclesiastica disciplina retineatur, prout melius
 & facilius videbitur.

77 In rebus dubiis & de jure controversis non facile defini-
 tiones fiant, præsertim ubi grave aliquid præjudicium pa-
 rari potest, veluti in materia Sacramentorum enodando aut
 explicandis casibus usururum & aliorum vitiorum, quibus
 timorata conscientie irretiri possunt.

78 Si circa judicia, illorumque expeditiones fuerit decernen-
 dum, meminisse oportebit non posse Episcopos, nec Sinodum
 Provinciale causam, quæ sui natura aut ex juris dis-
 positione summaria non fit, summariam efficere neque bre-
 viter reddere instantiam, aut ea quæ de jure communi in
 causis summaris servanda sunt, præcidere, minusque appel-
 lationes in casibus in quibus alias permittuntur prohibere,
 nec prætermittere modum & ordinem à jure & Concilio
 Tridentino præcipiè in puniendis, corrigendisque excessibus
 præscriptum.

79 In materia jurisdictionis Ecclesiasticæ & secularis consul-
 tæ erit nihil statuere, quàm ut appareat ex juribus Eccle-
 siæ aliquid esse immutatum vel usurpatum, videtur à men-
 tione legum secularium præsertim si affines sint illis, quæ à
 Sede Apostolica improbare fuerunt.

80 Noverint etiam exemptos decretis Concilii Provincialis
 non obligari nisi in casibus in quibus à jure communi Con-
 cilio Tridentino & summorum Pontificum Constitutionibus
 specialiter Episcopis aut Concilio Provinciali in ipsos potes-
 tas tributa est, ut Sac. Congregat. censuit.

81 Quid observandum sit cum Capitulis exemptis & Episco-
 porum jurisdictioni non subiectis aperte statuitur in Con-
 cilio Tridentino, *sess. 6. cap. 4. & sess. 25. cap. 6.* quod
 si illius executio quod hoc habitura sit impedimenta vel
 difficultates quæ superari non possint, satis erit nihil decer-
 nere, quam aliquid statuere, quod ipsius Concilii decretis
 non consentiat.

82 Cum regularibus quomodo Sinodus Provincialis procedere
 possit aut debeat edificare poterit ex Concilio Tridentino,
sess. 25. de Regular. & ex posterioribus Rom. Pontif. ea
*de re Constitutionibus, præsertim Gregorii XV. quæ inci-
 pit. Inscrutabili Dei providentia, quorum autoritate nisi*
specialiter nitantur decreta Sinodalia, utique archabunt illa
tantum Monasteria, quæ ipsi Ordinarii sunt subiecta. In
aliis autem Monasteriis Episcopi scire debent se à Concilio
Tridentino datos esse executores eorum quæ in decretis 2.
*sess. 25. de Regul. continentur, in quibus provinciale Con-
 ciliium Episcoporum negligentiam supplere & coercere debet*
eo tamen modo & forma prout in ipso Concilio Tridentino
dispositum est, ead. sess. cap. ult.

83 Ex quia non omnia Constitutionibus præcisè & sub penis
 comprehendendi possunt aut expedit, nec omnes quibus usus
 esse possunt decreta Sinodi, subiciuntur illius jurisdictioni,
 advertendum erit ne decreta ipsa videantur minus conside-
 ratè concepta, seu scripta, aut executione frustrantur.

84 Quoniam verò Prælati minus est docere ac doceri, *cap.*
Non oportet, 18. distinct. Suscipiet Sinodus hanc quoque
 partem erudiendi tam Episcopos, qui ad Sinodum accedunt
 ut doceant & doceantur, quàm inferiores, maxime Sacro-
 dotes quorum ignorantia valde periculosa est in his quæ

animarum curam & salutem concernunt. De Sacramento igitur,
 eorumque administratione explicabit quæ scitu sunt
 necessaria, eaque accuratius edici mandabit. De singulis
 Clericorum functionibus diligenter docebit, & quæ in ma-
 teria morum solent frequenter scrupulum injicere timoratis
 conscientias, elucidabit adherendo probatis autoritatibus &
 receptis in Ecclesia Catholica sententiis.

85 Interferet etiam Sinodus Provincialis frequentes exhor-
 tationes de rebus quæ opportune occurrunt de sub jurisdictione
 & coercitione illius non cadunt, nec penis sanciri possunt,
 & cum sermo dirigitur ad personas, quæ non ligantur Pro-
 vincialibus decretis, sanè in quibusvis generibus causarum
 & negotiorum, si exhortationes hujusmodi fuerint plenè
 paternæ charitatis, non minus efficaces esse poterunt ad
 persuadendum, quàm si legibus præciperentur.

86 Porò ipsa Sinodus decreta puro & Ecclesiastico stilo
 conscribantur, ut Christianam pietatem non rudem simplici-
 tatem potius quam exquisitam latinatorem redoleant. Usitata
 igitur à sanctis Patribus & Sum. Pontif. verba in rebus
 præcipiè Ecclesiasticis usurpentur, nec nova vocabula in
 Ecclesia ex profanis Ethnicorum scriptis invehantur quæ re-
 bus obcuritate offendere & Catholicis stomachum mo-
 vere possint.

87 Denum cum Provinciale Concilium absolvendum erit,
 quæcumque in eo constituta fuerint coram Patribus Concilii
 relegendur, quibus sub iudicio & correctione Sanctæ Sedis
 Apostolicæ cum Metropolitanis reliqui comprovinciales Episco-
 copi subseribent.

88 Illa in unum volumen redacta antequam publicentur ad
 S. D. N. cum litteris Metropolitanis vel totius Sinodi trans-
 mittentur, ut à Sede Apostolica revideantur, corrigantur,
 arque probentur, itaque correctæ executioni demandentur.
 His etiam subijci poterunt ea, quæ ad promovendum pro-
 vincia profectum in Ecclesiastica disciplina vel ad occurren-
 dum impedimentis, atque periculis Sinodus Provincialis
 Sanctissim. D. N. proponenda judicaverit.

89 Decimò, Quæ sit Metropolitanis autoritas in Si-
 nodo Provinciali. Solutio patet ex subiectis declarationibus
 Sacre Congregationis Concilii.

90 Cum quaereretur. An Archiepiscopus solus iustus de cau-
 sis possit absque aliis Episcopis dissolvere Concilium, Sacra
 Congregatio censuit non posse, nisi de consilio & assensu
 Coepiscoporum. Archiepiscopus ex Sacra Congregatione li-
 cet sit Caput Concilii & Præsides, non nisi consilio & as-
 sensu Coepiscoporum poterit cupiam silentium indicere vel
 jubere aliquid scriptum aut libellum legi vel tunc non legi
 seu mandare aliquem tunc exire à Concilio vel intrare etiam
 si accedat, ut aliquis ex Episcopis impediat, aut perturbet,
 aut cum Archiepiscopo minus urbanè se gerat; cum tamen
 ipsius sit Concilium dirigere, poterit ex se mandare, ne quis
 loquatur extra locum neve perturbet Concilium.

91 An Metropolitanus possit cognoscere de causis civilibus
 Episcoporum, nec non eorum, qui dictis Episcopis sunt sub-
 dicti, Sacra Congregatio censuit posse, etiam quando Episco-
 pus agit contra Episcopum cæteroque non posse nisi in ca-
 sibus in jure expressis.

92 An Archiepiscopus possit procedere per censuras & alias
 penas contra Episcopos illos qui usurpant Archiepiscopii ju-
 risdictionem in Concilio, sive extra illud volentes cognos-
 cere de aliquibus causis ad Tribunal & curiam ipsius Archie-
 piscopi pertinentibus, Sacra Congregatio censuit non posse,
 nisi extra Concilium Provinciale juxta Canonicas sanctiones.

93 Et cum ex Concilio Tridentino caveatur, ut Archiepiscopus
 possit visitare suffraganeos causa cognita & probata
 in Concilio Provinciali, An necessarium erit facere infor-
 mationem de causis urgentibus, ut debeant visitari & primi-
 tivo Episcopum vocari & audiri in Concilio Provinciali, ut
 videatur quid respondeant antequam Concilium Provinciale
 ordinet & declarat an sit locus, ut Archiepiscopus possit
 visitare Suffraganeos, eo quod adit querela & libellus seu
 memoriale contra dictos Episcopos & personas suarum Dice-
 cesium, absque eo quod dictus Episcopus & reliquæ perso-
 næ sint præsentis, nisi causæ visitationis decernenda cognos-
 cantur & probentur.

94 Verum cum hæc omnia in Concilio Provinciali ex suffra-
 ganeorum & Metropolitanis sententia peragi debeant, si Me-
 tropolitanus est unus sententia, suffraganei autem aliterius,
 S. D. N. dixit sententiam prævalere suffraganeorum, &
 hoc quia habent votum declivum & sunt conjudices, &
 quia Doctores dicunt, quod debet Metropolitanus statuere
 de consilio & assensu eorum, seu majoris partis, ut plenius
 dictum est supra in octava quaestione.

95 Undecimò quæro qua pena sint puniendi Metropoli-
 tani & Episcopi negligentes statim temporibus celebrare
 Provinciale vel Diocesana Sinodum.

96 Solutio, textus in *cap. Quoniam quidem, 18. distinct.*
 simpliciter dicit, Canonicis penis subiaceat, nec aperit
 quantum sint hujusmodi penis, sed in hoc cap. expressè

statuit, ut quisquis neglexerit hæc adimplere à sui execu-
 tione officii suspendatur. Non est ergo pena late senten-
 tiæ, sed ferenda secundum Host. *hic in fin. & Joan. Andr.*
n. 7. in verb. Suspendatur. Et ita intelligi debet decretum La-
 teranen. Concilii sub Leonè X. in Constitutione supra citata
 in fine prima quæst. hic, Circa hæc autem negligentes penas
 in distam Canonibus contentas se noverint incursum. Nec
 non Concilii Tridentini in *dist. c. 2. in fin. sess. 23. hic.*
Quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopis, & cap.
*negligentes fuerint, penas sacris Canonibus sanctas incur-
 rant. Nam etiam verb. incurrant, ex sui natura sit late sen-
 tentiæ, Clem. 1. de decim. & ibi gloss. in verb. Incurrant,*
Paul. Laur. Imol. Card. in 27. quæst. de usur. cap. ult. &
ibi gloss. in verb. incurat, de offi. deleg. lib. 6. Tiraquel.
in l. si unquam, in verb. Revertitur, numer. 145. Cod. de
revoc. donation. & ex sententia Sacre Congregationis dixi
in c. Sacro, in 3. quæst. infra de sententia excommunicationis
tamen fecit. est hoc casu, cum præcitata decreta relationem
habeant ad penas à jure statutas, & ita S. Congreg. in-
tellexit verba d. c. 2. in subiectis declarationibus.

107 Dubitarum fuit primò, an Episcopi negligentes in congre-
 ganda Diocesana Sinodo infra sex menses post celebratum
 Provinciale Concilium, ut in ea notitia ejusdem Provin-
 ciale Concilii Decreta, incurrant penam suspensionis
 duorum mensium, juxta caput finale, *decimò octavo distinc-*
tionem.

108 Secundò, an ex Decreto c. 2. *sess. 14. Tridentini Concilii*
 dici possit imponi Episcopo non celebranti quorundam Diocesa-
 nam Sinodum, penam suspensionis de qua in c. *Sicut olim de*
accusat.

109 Tertio, dato quod censetur imposta, an ipsa pena quæ
 secundum dictam capit *Sicut olim* incurritur mediante sen-
 tentiâ, hodie ipso jure incurritur propter illa verba dicti
 capituli 2. in fine hic, penas Sacris Canonibus sanctas in-
 currant.

110 Ad primum Sacra Congregatio respondit Episcopum teneri
 ad congregandam dictam Sinodum Diocesana, juxta dictum
 caput finale & Doctores ibidem. Nec Tridentinum Concilium
 Episcopum ab hoc onere liberavit, ideò ad tollendum omnem
 scrupulum ab eo qui omisit eam Sinodum celebrare, peten-
 dam absolutionem à Papa & monendum Episcopum per Litteras
 Sacre Congregationis, ut deinceps servet dictam caput
 finale.

111 Ad secundum censuit incurtere penam suspensionis, quia
 dictum caput Sicut dispositum est in Diocesana Sinodo ac in
 Provinciali, ut per Abbatem ibidem in Summario & in c. 2.
sess. 24. Trident. Concil. colligitur in apposita pena Episco-
pi negligentes convocare Diocesana, in ultimis verbis
d. c. 2. hic Si Metropolitanus vel Episcopi negligentes fuerint
& quæ verba debent referri tam ad Provinciale quàm Diocesa-
nam Sinodum. Quam Congregationis Sententiam ite-
dem Sanctissimus approbavit & Episcopo absolutionem conce-
ssit.

Ad tertium censuit per Concilium Tridentinum non esse
 alteratum nec immutatum modum incurrendi penam, d. c.
Sicut olim, quia Concilium utitur his verbis *Incurrat penas*
sanctas quæ nihil innovant.

112 Rursus Episcopus Comen. jam annum omiserat celebrare
 Sinodum Diocesana, duabus de causis. Primò, quia Clerus
 Valtellinæ & Clavenæ suæ Diocesis nec venerat nec excusa-
 tores miserat formidine suorum Dominorum temporalium
 Catholicæ Fidei oppugnantium. Secundò, quia cum nunquam
 esset celebrata Sinodus Provincialis censuit Episcopum super-
 sedendum donec celebraretur, ut que in ea statuerentur
 & elegerentur Decreta, legi possent in Sinodo Diocesana.

113 Sacra Congregatio negotium hoc ad Sanctissimum referat,
 qui nullam ex rationibus seu excusationibus approbavit, ideò
 dixit quod Episcopus quotannis celebret Sinodum suam Diocesa-
 nam, ut teneret, & qui venientur accedere, satis esse
 ut mittant Procuratores ad excusandum se, reliqui verò qui
 nullam causam habent quominus ad Sinodum accedant, cog-
 nantur, & fiat Sinodus cum his qui possunt venire &
 veniunt. Pro omissione autem in præteritum facta, Sanc-
 titas Sua absolvit Episcopum & dispensat quantum opus
 sit.

114 Duodecimò & ultimò quæro pro complemento materis, quæ
 sit pena Episcoporum non accedentium ad Sinodum Provin-
 ciale.

115 Solutio. Varie penæ à Sacris Canonibus statuta reperit-
 tur, nam in c. *Si ærotani 5. q. 2. à Communionem suspendi-*
tur. Item in c. Si quis 18. dist. alienus erit à fratrurn com-
munionem usque ad proximam Sinodum à charitate fratrum &
Ecclesie Communionem privetur. Item in c. Si quis Episcopo-
rum, d. dist. 18. usque ad futurum Concilium cunctorum
Episcoporum Communionem privetur. Item in c. placuit, ead.
dist. Ecclesie suæ Communionem debent esse contenti, id est
cum aliis Episcopis non communicent, ut hic in glossa ultima.
 Undè non erit talis Episcopus prohibitus celebrare Divina
 Officia & Sacramenta recipere, nec cum cæteris Episcopis
 vel aliis communicare, sed tantum suspensus erit à communi-
 catione cum aliis Episcopis, nec poterit interesse scru-
 tinio Episcoporum nec eorum consecrationi & aliis communi-
 ter tractandis cum Metropolitanis & Episcopis, & sequitur
 Præpositus in *d. c. placuit in fine Card. Jacobat. de Concil.*
lib. 2. art. 5. in princ. fol. 111. Item ex Concilio Toletano
XI. c. 15. Unius anni Communionem privetur. Item ex Con-
cilio apud Alterin. c. 11. Bureard. lib. 1. c. 31. Ivo part. 5.
c. 162. Pro prima vice graviter objurgentur, deinde interd-
ctur eis Missas celebrare. Item ex Concilio Meldensi 37.
cessit ab Officio donec satisfaciatur fratribus. Item ex VIII.
Sinodo c. 17. Metropolitanus qui ad Sinodum Patriarchæ vo-
catus ire neglexerit, primo tempore segregetur & durante
contumaciâ deponatur.

116 De impedimentis autem non accedentium ad Sinodum
 Provinciale, vide quod scriptum in c. *Ego N. à n. 9. supra de*
jurisjur.





DE SIMONIA, ET NE ALIQUID PRO SPIRITUALIBUS EXIGATUR, VEL PROMITTATUR.

Gregorius Generali Synodo presidens.

CAPUT I.

IN ordinando; & infra. Sicut non debet Episcopus manum quam imponit; ita nec minister, vel notarius in ordinatione ejus, vocem vel calamus vendere. Pro ordinatione igitur vel usu pallii, seu chartis atque pastellis, eum qui ordinatur, omnino aliquid dare prohibemus.

SUMMARIUM.

- 1 Pro Ordinibus conferendis vel instrumentis super eis conficiendis, Episcopus vel Ministri aut Notarii nihil temporale exigere debent & n. seq.
2 Principale quando debet esse gratuitum, ita & omnia accessoria.
3 Pastellus quid sit.
4 Simonia non committitur in contractu gratuito.
5 Emptionis & venditionis nomine in definitione simoniae venit omnis contractus non gratuitus.
6 Ordinari non licet aliquid temporale etiam sponte oblatum accipere pro collatione Ordinum.
7 Dare verbum liberalitatem notat non necessitatem.
8 Ordinari an liceat aliquid ultra oblatum ab ordinato accipere non pro spiritualibus, sed ex charitate sine pacto expresso vel tacito & n. seqq.
9 Et quid post Concilium Tridentinum, n. 11.
10 Sanguinem elicit qui multum emungit.
11 Consecratio etiam immemorabilis accipiendi ab ordinatis ad primam tonsuram forficis, plicines & mappas preter faculas, est corruptela.
12 Ordinari nullam oblationem ab ordinatis potest accipere prout eam qua a Pontificali Romano fieri consuevit.
13 Notarius an pro instrumentis conficiendis in collatione Ordinis vel Beneficii aut pro litteris dimissorias seu testimonialibus possit aliquam mercedem accipere, solum a sponte dantibus & n. seqq. usque in finem.
14 Et quid si salarium non sit congruum, n. 21. & 29.
15 Et quid in Notario Episcopi, n. 18. & 28.
16 Et quid in extraneo, n. 19. 23. & 28.
17 Et quid si officium Notarii sit necessarium ad probationem Ordinis, n. 20. & 28.
18 Et quid post Concilium Tridentinum, n. 27.
19 Notarius accipiendo aliquid sponte oblatum ab ordinatis, si non est intentione ab initio ad hoc accessisse, simoniam non committit.
20 Presertim si consuetudo vigeat aliquid offerendi quod pietatem & devotionem prae se ferat.
21 Et quid ex Concilio provinciali Mediolanensi.
22 Tridentini Concilii Decretum, sess. 21. c. 1. expenditur & n. seqq.
23 Negativus universalis Nullus excludit omnia etiam minima.

- 31 Cancellarius quam mercedem possit accipere pro qualibus scriptura collationis vel institutionis & n. 24. & 25.
32 Simonia Episcopus nihil potest accipere in casibus hic enumeratis, Notarius vero in aliquibus tantum accipere potest mercedem suo labori convenientem, si ex publico salarium non habeat & n. seqq. usque in finem.
33 Missam bis in die celebrandi, an & quando Episcopus possit licentiam concedere & n. 27.
34 Pro Decretis in testamentis Clericorum interpositis si quid Episcopus de jure vel consuetudine potest accipere, non debet excedere taxam consuetam.
35 Dispensationes ab Episcopo & Vicario sunt gratis exequenda, non obstante immemorabili.
36 Notarius quartam partem auri accipere potest pro examine testium.
37 Examinatores pro examine & approbatione ad Parochiales nihil possunt accipere.
38 Consuetudo ne quis in Ecclesia sepeliat sine licentia Episcopi servari debet, sed ut pro dicta licentia ex secula exigantur, tollenda est vel ita moderanda ut excedam pauperibus vel Ecclesiae erogetur.
39 Parochi servare debent etiam Episcopi de sponsis Matrimonio non conjugendis sine ipsius licentia que tamen gratis dari debet, licet consuetudo donandi aliquid Episcopo in signum laticis non videatur penitus improbanda.
40 Ex consuetudine exigendi a Beneficiatis donativum in ingressu Episcopi, non licet denegare litterarum executionem vel possessionem beneficiatis post ingressum non soluto donativo.
41 Annata pro beneficiis de novo instituendis ab Episcopo exigenda non debent, Notario vero processum scribenti aliquid honestum solvere non videtur inconveniens.
42 In Capellaniam dignitatis unita Episcopus retinet omnia jura sibi ante unionem competentia, nisi secus in litteris Apostolicis disponatur.
43 Ordinationes generales fieri non debent in Capella privata, sed in Ecclesia Cathedrali.
44 Parochi & beneficiati qui suo maneri plene satisfecerunt, non prohibentur alios impedire coadiuvare, sed non pro licentia saltem post Concilium nihil exigendam.
45 Notarii & alii Ministri Episcopi abstinere non debent ab omnibus exactionibus insolitis vel immoderatis.
46 Notarius si exigat pro instrumento inordinationis seu litteris dimissorias ultra decimam auri partem, committit simoniam, non tamen Jure Divino damnatur.
47 Nota primo ex principio textus, fas non esse Episcopo aliquid temporale accipere pro manibus impositione, scilicet ordinatoria de hac enim loquitur hanc littera, ut patet ex parte decisa, nec non hic pro Ordinatione, & notat glossa prima & communiter Doctores, licet ex identitate rationis idem sit dicendum in omni mandis impositione que multiplex est, ut plene per glossam a. Archid. & Turrecrem. in c. Manus 1. q. 1.
48 Secundo nota hic Ita nec Minister. Sicut principale debet esse gratuitum, ita & omnia accessoria & circumferentia. Unde quomodo prohibetur Episcopus aliquid temporale pro collatione

IN ordinando. Joannes Andreas non summat, quia breve est. Sed secundum Cardinalem sic summari potest. Pro conferendis Ordinibus vel instrumentis super eis conficiendis, nihil exigi debet & idem de pallii datione. Vel alter secundum Joannem de Anania, Marianum Socinum & Felinum, Episcopus pro Ordine ab eo conferendo vel Ministri aut Notarii nihil temporale exigere debent. Hoc dicit & est Reati Gregorius in Synodo Romae habita, cap. 88. & refertur in eisdem Sicut Episcopus 1. questione secunda. Dividitur in duas partes, prout sunt duo dicta. Secunda hic pro Ordinatione.

Nota primo ex principio textus, fas non esse Episcopo aliquid temporale accipere pro manibus impositione, scilicet ordinatoria de hac enim loquitur hanc littera, ut patet ex parte decisa, nec non hic pro Ordinatione, & notat glossa prima & communiter Doctores, licet ex identitate rationis idem sit dicendum in omni mandis impositione que multiplex est, ut plene per glossam a. Archid. & Turrecrem. in c. Manus 1. q. 1. Secundo nota hic Ita nec Minister. Sicut principale debet esse gratuitum, ita & omnia accessoria & circumferentia. Unde quomodo prohibetur Episcopus aliquid temporale pro collatione

collatione Ordinis recipere; & ita omnes alii ejus Ministri non tantum pro Ordine, sed etiam pro chartis vel pastellis, id est parva cere massa in modum pallii; & hoc ne fraud committatur neve fiat indistincte, quod directe fieri non potest, ut hic in glossa 3. & notat Anton. de Butr. in 2. not. Abb. n. 2. & Mar. Socin. in 1. not. qui ex hoc inferit ad multas questiones. Pro Ministro autem intelligit Archidiaconum qui examinat promovendos, c. Ad hac circa finem, supra de Offic. Archid. ut exponit hic glossa 2. Hoff. n. 1. & Joan. Andr. n. 6. & colligitur ex littera hic vocem; nam Ordinatorio interrogante scis eos dignos. Prior Diaconorum responderet, Quantum humana fragilitas &c. ut c. unice. supra de Jecur in Ordin. facien. vel quia cum examinat, vocat ordinandos, ut ait glossa 1. in d. c. Sicut Episcopus 1. q. 2. vel pro Ministro intelligit Diaconum qui Evangelium legit secundum Innoc. in princ. & quod infra dicit vocem exponere, id est lectionem Evangelicam secundum Goffredum & Abbatem antiquum in verbo vocem & hoc magis confirmat antiquum secundum Joan. Andr. n. 6. Card. n. 1. vers. Quarto de intellectu textus & Abbatem Siculum n. 3. Legebatur enim (In ordinando Episcopo Pontifex manum imponat, Evangelicam verò lectionem Minister legit, confirmationis autem ejus epistolam Notarius scribit) ut refertur ab Ant. Aug. in 1. Collect. Decret. lib. 5. tit. 2. c. 1.

Tertio nota hic vocem vel calamus vendere. Simonia non induci ex contractu gratuito, quia verbum vendere contractum gratuitum non comprehendit, cum venditio non procedat sine pretio, l. 2. §. Sine pretio, ff. de contrah. empt. & hic notat glossa 3. Hoff. n. 4. & Butr. n. 6. Ceterum venditionis nomen non intelligas strictè, sed in latiori significatione, nam et si simonia sit studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum, tamen sub nomine exemptionis & venditionis comprehenditur omnis contractus non gratuitus, ut declarat Sanctus Thomas in 2. 2. q. 100. art. 1. ad 5.

Ultimo nota hic aliquid dare prohibemus. Pro collatione Ordinis non modo non licere ipsi Ordinatorio aliquid temporale exigere, sed nec ultra oblatum accipere, nam verbum dare liberalitatem notat, non necessitatem, ut l. Non legatum ff. de adim. legat. & legitur & notatur in c. 1. supra de donat. & ita ex hac littera colligitur Hoff. n. 4. in verbo Dare & Joan. Andr. eod. n. Signatur dicit pro collatione Ordinis, quia secus esset si oblatio fieret non pro ipsa collatione, sed ex charitate, ut notabiliter declarat idem Hoff. ubi supra, dicens. (Si tamen non pro his spiritualibus, sed ex charitate, sine pacto expresso vel tacito aliquid etiam Ordinatorio & ab ordinato gratuitum offeratur, non reprobandus) ut c. Essi questiones, §. 1. 2. & in fine infra eodem. Et merito, quia oblatio nullam culpe maculam ingerit que non ex ambulatione petitione proceat, ut legitur in cap. Sicut Episcopus 1. questione secunda. Ad idem c. Quidam 1. questione 1. hic Nisi voluntate oblata, licet a codice Regio abire illa dictione nisi ut est adnotatur in calce illius Canonis. Facit c. Dilectus il secundo infra eodem hic. Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit sine taxatione gratis oblatum, & per hanc intellectum, ut Hostiensis subdit, & gentis damnatur simoniae, sed reprobandus interpretatio nimis rigida & amara, quod & fieri debet, argum. 1. Si id quod, §. Si quis serui operas, ff. de donation. inter vivos, & xxor. l. penult. ff. Ad exhibendum, cap. Intelligentia & c. Præterea, infra de verb. significat. Nam qui multum emungit, elicit sanguinem, c. Denique, 4. distinction. & cum Hostiensis. totidem ferè verbis transeunt hic Joan. Andr. n. 4. Butr. n. 2. in prima oppos. & Joan. Andr. n. 3. Abb. n. 4. & Joan. de Anan. n. 9.

Quo un sententia, quod spectat ad jus commune & ipse accedo, cum duobus tamen temperamentis. Primum est, ut quod offeratur, sit modicum, ut per Butr. in loco proxime citato. Alterum, ut non detur in ipso actu ordinationis, sed ex intervallo, ut hic per Cardin. in fin. & probatur in d. cap. Sicut Episcopus, 1. questione 2. hic, post acceptis chartis, & pallium. Facit optime textus in cap. Emendari, 1. questione 1. Opus enim per se laudabile ratione temporis reprobandum, ne malignandi occasione inducat, ideoque licet nunquam in contumacia mittere opus pietatis sit, tamen tempore suscipiendi baptismi simoniae suspicionem ingerit, ut hic & argum. l. ut in fin. ff. ad l. Julianam de ambitu, & notat gloss. 1. in d. cap. Emendari.

Porro hæc venditio sibi locum jure communi inspecta, verum hodie opinio Hostiensis reperitur correctâ à Concilio Tridentino in cap. 1. session. 21. Nam Sancta Synodus ad tollendam omnem suspicionem, fultulit etiam sponte oblata, que si nihilominus acceptentur, non propter simonia inducerent, cessante scilicet omni passione tacta, vel expressa, sed solum incurrentur penæ ex decreto inflictæ, & quamvis ex cap. Essi questiones, infra eodem, in sponte oblati attendenda sint personæ dantis & accipientis qualitas, quantitas numeris & donantis tempus, secundum verba illa Concilii, Fagnan. in V. Lib. Decretal.

etiam sponte oblatum quousque proceat, & ex quacumque de causa; tollunt omnem prætextum omnem causam, ut nulla possit esse accipientis excusatio, nullam tergiversatio. Adde quod etiam de jure communi contra Hostiensis facit textus in d. cap. Sicut Episcopus, 1. questione 2. quia dum sponte oblatum gratis tantummodo causa aliquid dare, non dicitur ipsi ordinari, sed quibullibet de Clero, & sic quod de aliis concessit, de ordinato videtur negasse, ad gloss. in c. Qualls, in ver. Negatur, 25. dist.

Ad his tamen excipit id quod datur ab ordinatis ex præscripto Pontificali Romano. Unde Sacra Congregatio Concilii alias censuit consuetudinem etiam immemorabilem percipiendi ab ordinatis ad primam tonsuram forficis, pectines & mappas, præter faculas, pariterque mappas à Presbiteris, intellige esse corruptelam revocamam nullamque in ea functione oblationem percipi posse, præter eam, quam quis dum facit ordinibus iniuriat, Pontificali Romano permittente consuetudine, c. Ad Apostolicam, infra eod. aliquid accipi posse.

Quæro generaliter, an Notarius pro instrumentis conficiendis in collatione Ordinis, vel beneficii, aut pro litteris dimissorias, seu testimonialibus possit aliquam mercedem accipere, saltem a sponte dantibus.

Doctores in hac questione, & in intellectu hujus Decretalis multum se involvunt, & in variis secundum opinionem, quas hic plene inter alios recenset Joan. de Anan. in gloss. penult. num. 12.

Quidam enim distinxerunt an Notarius percipiat salarium ex publico, necne. Si percipiat, dicitur ei non licere aliquid accipere, & in hoc casu intelligitur hoc casu si verò salarium non percipiat, asserunt non esse illi interdictionem operas suas, vel scripturam vendere, cum nemo cogatur de proprio beneficiis facere, cap. Precaria 10. quæst. 2. & in hac opinione fuit originaliter Hugo, ut notatur in c. Sicut Episcopus, in gloss. Calamus, 1. quæst. 2. & Bernard. hic in gloss. 3. eamque veram esse affirmat Cardin. n. 1. in prima opposizione, quam etiam sequitur Abbas n. 3. circa finem, vers. Et ideo simpliciter.

Et propterea Alanus hic dicebat, Notarius Papæ licet possit mercedem accipere juxta taxationem factam pro quilibet Bulla, quia non habet salarium à Papa, vel quia in curia Romana non habet locum simoniae, sicut nec lex Julia de ambitu, ut l. non ff. ad leg. Jul. de ambit. & facit quod notatur in c. Presbiter, 92. distinction. & in cap. ultim. 1. q. 1. dist. 6. & hoc dicitur Alani sequenter hic Butr. n. 4. Cardin. num. 1. in 2. oppos. Anchar. n. 2. Abb. num. 5. Joan. de Anan. in 2. notab. licet hoc corrigendum esse dicat Hoff. num. 3. vers. Et secundum hoc, & alii præallegati.

Alii vero distinxerunt inter Notarium Episcopi, cui scilicet Episcopus hoc officium commisit, & Notarium extraneum. In primo casu dicitur procedere hæc Decretalis, ita ut Notarius Episcopi teneatur gratia omnino ministerium suum impendere. In secundo autem casu admittunt Notarium extraneum nedum petere posse iustum salarium, sed etiam aliquantulum plus jullo propter magnitudinem negotii, ita expressè Innoc. hic in verb. Notarius, vers. Si autem alius, & paulo infra vers. Vel die quod loquitur, cui totidem ferè verbis subscribunt Hostiens. n. 3. Joan. Andr. n. 7. & idem Holben. in cap. Sicut, n. 5. circa finem, supra Ne Cler. vel Monac.

Sed alii simul jungunt ambas distinctiones superius propositas, dicunt enim, ut Notarius habet salarium ex publico; & tunc subdistingunt, an officium talis Notarii sit de substantia ordinationis, & hoc primo casu licet ei aliquid recipere, cum ejus officium sit de conferentibus administrationem. Aut non est de substantia, & tunc si salarium, quod solvitur non congruit scribenti, considerato labore, & negotii qualitate, licet sit receptio. Ratio est quia non debet quis cogi militare propriis stipendiis, ut in c. Cum ex officio, de prescript. sin autem salarium ut supra sit congruum, tunc receptio non sit licita, quia potius simonica, dicitur Anton. de Butr. hic n. 7. vers. Dic ergo, si salarium recipit ex publico, & Joan. de Anan. num. 12. vers. Quidamque aliquid recipitur; & quamvis Abb. hic num. 3. vers. Ad primam conclude, hæc distinctionem impugnet, eo quod nullo casu officium scriptorium possit esse necessarium ad ordinem ritè conferendum tamen illam solvat Joan. de Anan. num. 12. col. penult. vers. Tu considera, dicens hæc fuisse mentem Doctorum, quod ex privilegio, statuto, vel consuetudine erat indudum, ut ordinatio, vel traditio pallii, vel collatio beneficii non posset probari nisi per instrumenta, vel chartas scriptas per certos Notarios ad hoc deputatos, & hoc respectu officii in talis Notarii dicitur necessarium requiri ad ordinem legitime conferendum, id est ad illius probationem, ne aliquo de ordinatione dubitari contingeret, ut in c. Legum, 2. quæst. 1. & notat gloss. in d. c. Sicut Episcopus, in verb. Calamus, 1. quæst. 2. paria enim sunt non esse, vel probari non posse; 1. Quosdam Titus, ff. de testam. tutel. cum aliis allegatis per gloss. final. in c. Cum dilecti supra de accusat.

Verum Laurentius in dist. 6. Sicut Episcopus, in præci-

26 *gloss. in verb. Calamum*, reprobat suprascriptas distinctiones, censuitque Notarium non posse aliquid exigere pro hujusmodi scriptura nec distinguendum esse an habeat salarium ex publico, necne, qui textus prohibet, ut in collatione ordinis, nec pro labore, nec charta liceat aliquid recipere. Unde Episcopus curare debet, ut sine muneris alicujus acceptione scribatur, & hanc opinionem dicit posse defendi Cardinal. hic num. 1. in prima opposit. vers. Ego tamen dico, argum. hujus littere, que expresse prohibet ministros, vel Notarios aliquid capere, nec ullam adhibere distinctionem. Et ad contrarium glossa, quod quis non teneatur de suo facere beneficium, & propriis stipendiis militare, respondet Card. Notarium extraneum non debere se ingerere illicitè in officio, quod debet esse gratuitum. Idèdque tenentur Episcopi deputare aliquos, qui hoc liberaliter explent, licet hoc non faciant & minus bene, secundum eum.

27 In omnibus tamen suprascriptis casibus, in quibus Doctores negant licere Notario aliquid recipere, intelligunt hoc procedere quando ex pacto, & conventionem recipit. Sed si gratis, & spontè aliquid offeratur, & sine omni intentione ab initio ad hoc accesserit, simoniam non committit, cap. Cum sit Romana, infra eodem, sive sit Notarius ordinationis, sive extraneus, & sive salarium habeat ex publico, sive non, & in hoc conveniunt gloss. hic in verb. Vendere, Innocentius passim. vers. Si quis autem, Abb. Antiq. in fin. Hostiensis n. 3. Joan. Andr. n. 7. vers. Si omnino esse extraneus; & reliqui qui omnes, presertim si consuetudo vigeat aliquid offerendi, quod pietatem & devotionem præferat, ut cap. Ad Apostolicam, infra eodem, secundum Innoc. ubi supra, Hostien. d. n. 3. vers. Maxime ubi consuetudo, & Joan. Andr. nu. 7. vers. Sed etiam talibus locis.

28 In Concilio tamen provinciali quinto Mediolanensi in titulo de Cancellario & Notariis, 4. Conciliorum part. 2. pag. 547. col. 2. Recensentur quamplura instrumenta & scripturae, quae à Cancellario, & Notariis confici & gratis dari debent; pag. seq. col. 1. expresse cautum legitur, ut qui aliquid etiam à sponte dantibus perciperet, tum in conscientiae foro ne laum faciat, sed pauperibus loci erogare omnino debeat, tum quod drupio multetur, quod vel in Ecclesiae instaurationem, vel in Sacristiae usum erogetur.

29 In hac varietate supervenit jus novissimum Concil. Trident. in d. c. 1. sess. 21. quo diversis verbis statuitur, ut Notarii in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi pro singulis litteris dimissorias, aut testimonialibus decimam tantum unius auri partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopi ex Notariis commodis aliquid emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directè vel indirectè provenire possit; tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino tenentur, contrarias taxas, ac statuta, & consuetudines etiam immemorabiles, ut corruptelas cassando & intendendo.

30 Quo decreto S. Sinodus inter opiniones supra scriptas non oblituit probare primam distinctionem Hugonis & Bernardi de qua supra n. 15. videlicet, ut Notarius non habens salarium ex publico possit mercedem accipere pro instrumento, seu litteris testimonialibus collationis ordinis, sed si habeat salarium, & consequenter Concilium rejicit opinionem Laurentii, de qua supra n. 22. Qui indistinctè negavit Notarium aliquid accipere posse etiam si nullum ei salarium sit constitutum, nam hoc casu ex Concilio licet mercedem accipere. Quatenus tamen Hugo, & Bernardus permiserunt Notario publicum salarium non habenti instrumentum collationis vendere, & sine limitatione pretium exigere, Concilium hoc non admittit, sed mercedem taxavit, & reduxit ad decimam unius auri partem, vulgò julium unum pro singulis litteris dimissorias, vel testimonialibus.

31 Rursum Concilium non approbavit, distinctionem Innoc. & sequacium inter Notarium Episcopi, seu ordinationis & Notarium extraneum; sed si Notarius non percipiat salarium ex publico, & non obstat contraria consuetudo, permittit ei accipere decimam partem unius auri, nec distinguat an sit Notarius extraneus, vel ad hoc officium deputatus; & in Cancellario Episcopi sæpius hoc declaravit Sac. Congregatio Concilii, ut dicam infra n. 31. & 35. Et eodem modo non videtur Concilium admisisse aliam distinctionem Anton. de Butt. de qua supra num. 26. videlicet an salarium Notarii sit congruum, necne; sed ita demum voluit licere Notario mercedem accipere si salarium nullum ei sit constitutum. Et pondera universalem negativam, nullam, que excludit salarium quantumcumque minimum, gloss. in r. Statutum, §. Insuper, in verb. Nullum, de recept. lib. 6. glof. in cap. Nemo potest, il primo, in verb. Obligari, de rep. jur. cod. lib. Gemina, conf. 35. n. 5. Cravet. conf. 294. n. 6. Unde sibi impuret Notarius, qui modicum salarium acceptavit; per hoc enim se tacite adstrinxit ad operas suas pro illo medico impedendas, exemplo ejus, qui beneficium acceptavit, nam tenetur illi interesse quantumcumque sit tenore, ut leg. & notat. in c. Conquerente, supra de Cler. non resid.

Porro quemadmodum hæc Decretalis, licet in specie loquatur in ordine, tamen à quibusdam generaliter intelligitur etiam in beneficio, ut hic refert Innoc. in prin. in verb. Notarius, eodem modo, licet Concilium in d. c. 1. sess. 21. loquatur specificè in collatione ordinum, tamen S. Congregatio id ipsum declaravit in collatione beneficii, licet ratione majoris laboris mercedem pinguiorem arbitrata fuerit. Sæpius enim censuit, Cancellarium posse pro quolibet scriptura collationis, vel institutionis accipere mercedem suo labori convenientem, quæ tamen scriptura, sigillo, & cæteris omnibus computatis, junctum aureum non excedat, & dummodò ipsi Cancellario salarium nullum pro officio suo exercendo præstitutum sit & ex pecunia, quam accipit nihil prorsus emolumentum collatores, aut institutores etiam occasione sigilli ullo modo directè, vel indirectè percipiant.

In aliis autem pluribus casibus licet Episcopi, ita & eorum Cancellarii tenentur operam suam gratis præstare, ut patet ex infra scriptis resolutionibus Sac. Congregationis Conc. in causa Vicenli, & Sac. Congregationis Episcoporum in causa Gerunden. tenoris infra scripti, videlicet.

Capitulum Vicenfe obtulit Sac. Congregationi Concilii supplicem libellum, quo conquerebatur tam Episcopo Vicensem, quam ejus Notariis, & scribis pro diversis scripturis negotiorum ad ejus jurisdictionem pertinentium non modicam pecuniarum quantitatem exigere, perbeque mandari Episcopo, ut ab ejusmodi exactioibus abstinere atque Notarios, & scribas coerceret, ne plus debita mercede reciperent.

Scripturae autem negotiorum, atque actuum prædictorum à Capitulo sigillatim expressè, hæc fuerunt.

Collationum, institutionum seu provisionum per obitum, vel resignationem etiam ex causa permutationis, vel alias.

Dimissorias seu testimonialium, que conceduntur Presbiteris, seu Clericis ad alienas Dioeceses transficiendum.

Licentiarum recipiendi ordines ab aliis Episcopis.

Licentiarum bis in die celebrandi.

Licentiarum dicendi Missas.

Licentiarum dicendi Missas matutino tempore quas matutinales vocant diebus Dominicis, & festivis.

Licentiarum audiendi confessiones.

Licentiarum administrandi Sacramenta.

Licentiarum deservendi beneficii Curatis.

Licentiarum deservendi beneficii simplicibus.

Licentiarum ordinandi se ad titulum patrimonii, seu appropriationem hujusmodi titularum.

Licentiarum absentandi se ab Ecclesiis & beneficiis.

Licentiarum quætuandi.

Licentiarum sepeliendi cadavera intrus Ecclesiam.

Mandatorum de publicando in Ecclesia intando sacris, vel minoribus ordinibus, vel tonsuræ clericali.

Dispensationum ad duo beneficia etiam similia sub eodem tecto.

Approbationum concurrentium ad vacantes Parochiales in mensibus reservatis, que ad Curiam Romanam transmittuntur.

Approbationum Jurisprætorum ex fundatione, vel dotatione.

Creationum Notariorum in Parochialibus, & commissio-num regiminis scribariarum earundem vacant.

Deputationum Oeconomorum dum beneficia vacant.

Executionum litterarum Apostolicarum gradium, seu justitiam concurrentium.

Die septima Februarii 1602. Proposito in Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini. Interpretum hoc supplicem libello, Patres primùm mirati sunt aliqua ex suprapositis capitulis aliquo modo etiam absque ulla mercede concedi, nempe licentiam tum bis in die, tum etiam matutino tempore Missas celebrandi; & proinde mandarunt Episcopo significari, nam hæc ipse concedat, quemadmodum proponitur.

Deinde quoad pecuniam, seu mercedem exactiorem, ac solutionem pertinet, responderunt, Episcopo quidem in nullo ex supradictorum capitulum licere quidquam accipere, vel percipere directè, vel indirectè. Notario, vel Cancellario nihil etiam licere accipere in plurimis ex istis capitibus, nempe propter licentiam administrandi Sacramenta; ob licentiam deservendi beneficii, ob licentiam sepeliendi defunctorum corpora in Ecclesia ob licentiam, ut quis possit abesse à beneficiis, ob mandata publicandi in Ecclesia eos, qui primam tonsuram vel minores sacrosve ordines suscipere voluerint; adeò in nullo supradictorum casuum nec ratione scripturæ nec sigilli nec laboris nec alio titulo aliquid à quopiam percipi queat, sed gratis hæc omnia his quorum interest debeant præstari. Sed quoad ad alia capita, ita nemum Notarium vel Cancellarium posse aliquid percipere, si nullum sibi salarium vel stipendium sit constitutum; eumque congruum tantum sui laboris mercedem que quoad litteras collationis vel institutionis curarum Ecclesiarum vel deputationum Vicariorum in illis unum aurum & quòd litteras dimissorias aut testimoniales decimam unius auri partem nunquam excedat.

Et cum pro parte Episcopi ad impediendam hujus Decreti executionem habitus esset recursus ad Commissarium Cameræ

ed quòd Cameræ interesset, que tempore sedium Episcoporum in Hispania vacantium emolumenta superdicta percipere consueverat, Commissarius inhibitionem concessit ac propterea, Capitulo petente, inhibitionis moderationem Sanctissimus Dominus noster mandavit, ut de hac re in Congregatione, utraque parte audita, iterum ageretur.

In Congregatione præterita, cum Procurator Capituli Vicen. esset conquisit quòd Episcopus pecuniam exigeret pro licentia bis in die celebrandi, Sacra Congregatio mandavit significari Episcopo, ut nedum aliquid propterea non exigeret, sed nec ullam licentiam bis in die celebrandi ullo modo concederet.

Nunc idem Procurator petit hujusmodi Decreti moderationem, allegat caput Consulari, de Celebratione Missarum.

Sacra Congregatio, die vigesima octava Februarii 1602. censuit hoc caput demandum ex Decreto & ex litteris quæ dabuntur ad Episcopum & relinquendum in dispositione Juris communi.

Exemplum litterarum ad Episcopum Vicen. proposito atque perfectò in Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum supplicii libello his litteris adjuncto, quem Procurator Capituli illius Cathedralis exhibuit, Illustrissimi Patres eis singulis negulatis atque pensis responderunt, Episcopo quidem in nullo supra dictorum capitulum licere quidquam accipere vel percipere directè vel indirectè. Notario autem vel Cancellario nihil etiam licere accipere in plurimis ex eisdem capitibus, nempe propter approbationem ad audiendas Confessiones propter licentiam administrandi Sacramenta, ob licentiam deservendi beneficii, ob licentiam sepeliendi defunctorum corpora in Ecclesia, ob licentiam ut quis possit abesse à beneficiis, ob licentiam celebrandi Missas, ob licentiam colligendi elemosinas, ob Mandata publicandi in Ecclesia eos qui primam tonsuram vel minores sacrosve Ordines suscipere voluerint, adeò ut in nullo supra dictorum casuum, neque ratione scripturæ nec sigilli nec laboris nec alio titulo aliquid à quopiam percipi queat, sed gratis hæc omnia his quorum interest debeant præstari.

Verum quoad alia capita ita demum posse Notarium vel Cancellarium aliquid percipere, si nullum sibi salarium vel stipendium fuerit constitutum; tuncque congruum tantum sui laboris mercedem que quoad litteras collationis vel institutionis curarum Ecclesiarum vel deputationum Vicariorum in illis unum aurum & quoad litteras dimissorias aut testimoniales decimam unius auri partem nunquam excedat. tunc Amplitudo tua non obsecrè in singulis his capitibus Congregationis sententiam cui conformis adherere, quò magis decet Prælatos à pecunie studio esse abhorrentes. Deus Amplitudinem tuam incolumem servet.

Romæ, die octava Martii 16. 2.

DECRETA S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM Die 25. Octobris 1588.

Relatis & latè discussis in Sacra Congregatione Illustrissimorum ac Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium super Negotiis & Consultationibus Episcoporum & aliorum Prælatorum, ac visitationibus Apostolicis Deputatorum, junctis capitibus S. D. N. nomine Canonico-rum & Capituli Gerunden. Ecclesie per Memoriale Sanctitati Sæpe porrectum exhibitum unà cum responsionibus nomine Reverendissimi D. Episcopi desuper factis, partium Procuratoribus etiam in contradictorio sæpius auditis, eadem Sacra Congregatio cui Negotium fuit remissum à Sanctitate Sua super unoquoque respondendum fore censuit prout infra.

Ad primùm & secundum quatenus assentit R. D. Episcopum à provisis in forma dignum à Sede Apostolica exigere pro collatione in vim Apostolici Mandati faciendi julios duos pro quolibet Decreto valoris beneficii & pro collationibus que ipse facit jure ordinario pro quolibet provisione aliquando sex, aliquando septem scuta & à provisis ab inferioribus etiam exemptis quorum collationes ab ejus Vicario vult approbari & ratificari jam facte per Illustrissimos & Reverendissimos Dominos Cardinales pro interpretatione & executione Sacri Concilii Tridentini Deputatos, dicit pro collatione aut institutione Ecclesiarum curarum Cancellarium posse in singulis accipere mercedem suo labori convenientem, que tamen scripturâ, sigillo & cæteris omnibus computatis unum aurum non excedat; & dummodò ipsi Cancellario salarium nullum pro Officio suo exercendo constitutum sit; & ex pecunia quam accipit nihil prorsus emolumentum Collatores aut Institutores ullo modo directè vel indirectè percipiant; & idem servandum in omnibus aliis etiam simplicibus beneficiis quibuscumque.

Ad tertium super juribus competentibus dicto Episcopo ex consuetudine pro Decretis per eum in testamentis Clericorum interpositis illorumque, ut aiunt, insolita exactio-

37 dicitur quòd si aliquid de jure vel prescripta consuetudine exigi debeat pro Decreta in testamentis interponi solita ab Episcopo non excedatur taxa seu summa antiquitus consuetæ que semel solvatur, etiam si plura legata pia in eodem scripta sint testamento, & de illa ab Episcopo, non autem ab hæredibus vel ab alio merces Notarii detur.

38 Ad quartum super licentia bis celebrandi ac pecuniis quæ pro illarum expeditione ut asseritur solvuntur, miratur Sacra Congregatio agi de his licentiis concedendis, nam id non nisi ex magna necessitate fieri debet & magna cautela, ut puta in locis, ubi perpaucissimi sunt Sacerdotes, vel adint impedimenta adversariorum Fidei vel quid simile, que cessant eo in loco ubi vix evenire possint alii casus à Jure permitti, nec concedi potest hæc licentia ab Episcopo generaliter quasi privilegium alicujus Sacerdotis, sed tantum in aliquo casu particulari necessitatis causâ ab Episcopo examinanda; & si quandò concedi contingat, gratis prorsus etiam quoad mercedem Notarii concedatur.

Ad quintum & sextum super pecuniis quæ ab Episcopo, ut fertur, exiguntur pro litteris dimissorias & testimonialibus aut commendatitiis nec non publicationis, ut ipsi vocant, que promovendis ad Sacros Ordines concedi solent, dicitur ad unguem servari debere Decretum S. Concilii Tridentini c. 1. de reform. sess. 21.

Ad septimum super solutionibus quas fieri exponitur, pro licentiis exercendi curam animarum, Confessiones audiendi, coadjutoris earumque revocatione, gratis omnino licentiam concedendas ex Decreto ejusdem S. Concilii c. 15. de reform. sess. 23.

Ad octavum super exactioe que fieri præsupponitur unius argentei pro dispensationibus Matrimonialibus exequendis, litterarum Apostolicarum clausulis non obstantibus, inhaerendo responso desuper facto per supra dictos Illustrissimos & Reverendissimos Dominos Cardinales Concilii prædicti Interpretes dicitur pro dispensationibus Matrimonialibus non licere Episcopo vel ejus Vicario quidquam accipere vel ratione taxæ, etiam ex immemorabili consuetudine, nec ratione sigilli vel alicujus alterius rei, quapropter Decretum illud quòd ponit soler in litteris dispensationum Matrimonialium, ut nisi muneris aut præmiti etiam spontè oblatis accipi possit pro earum executione, sic intelligendum est, ut neque Ordinarius ipse neque Vicarius ejus quidquam prorsus etiam pro mercede laboris quam ex ea re suscipere, percipere, capere possint, Notarios verò pro examine tellium quartam partem auri seu ducati licet accipere posse.

Ad nonum super exactioe quam fieri assentit juliorum quatuor ab examinatis & approbatis ad Parochiales obtinendas examinatori solvendorum dicitur abolendam fore gratiasque examen & approbationem esse faciendam juxta Decretum S. Concilii prædicti, c. 18. de reform. sess. 24. sub penis in eo contentis.

Ad decimum super exactioe scutorum sex quam fecerunt dicunt Episcopum à Presbiteris volentibus sepeliri in ambitu Ecclesie contra formam Decretorum Sinodali & Provincialium, dicitur servandam fore consuetudinem si qua est Ecclesie Gerunden. ejusque Provincie, non permitiendo quemquam sepeliri intra Ecclesiam absque Episcopi licentia, sed quod pro ea solvantur scuta sex, non bene sonat & potius ad avaritiam quam ad reprimendas importunorum preces, videtur inductum, idèd vel tollendam vel moderandam ut aliquid honestum solvatur pauperibus erogandum vel saltem in Ecclesie ejusdem manifestam apparentem utilitatem convertendum.

Ad undecimum super Edicto quòd Parochi prohibetur ne Sponsorum Matrimonio conjungant, etiam solemnitatibus à Tridentino Concilio requisitis, expletis, nisi habeant in scriptis licentiam que tamen non datur absque solutione, ut asseritur dimidiis unius julii. Dicitur quòd si ex aliqua rationali causa prohibetur, ne Parochi solemnitatibus à dicto Concilio ordinatis, Matrimonio aliquos conjungere possint, nisi habita prius licentia ab Episcopo, hoc jure ipsi Episcopo legi aliqua prescribenda non est, sed servatis omnino que ex eodem Concilio substantialia sunt quoad solemnitates duntaxat, sive tantum conscientie & regimini relinquendum, similiter etiam quomodolibet in aliquo Casu seu Oppido id prohibere convenit, quod tamen non nisi ex aliqua urgente causa faciendum videtur, sicut enim Episcopus summo per se debet animadvertere, ne Matrimonia sine solemnitatibus prædictis fiant, ita etiam cavere ne difficilior reddantur Matrimoniorum contractus novas sine magna causa addendo necessitates, si tamen aliqua licentia opus erit, nihil omnino etiam à Notario pro ea exigatur, sed si ex antiqua forsitan præscripta consuetudine aliquid Episcopo quasi in firmum lictis donari gratis solet, non videtur penitus improbandum.

Ad duodecimum super eo quòd Episcopus ampliat, ut asseritur consuetudinem exigendi donativum sibi factum in ejus ingressu, ut exigatur etiam ab incumbentibus beneficium post ingressum, denegando etiam litterarum executionem & bene-

fictum possessionem, donativo prius non soluto, dicitur id reprobatum esse ex Decreto Sacri Concilii Tridentini, capite decimo quarto, sessione vigesima quarta & propterea ablinendum prout ablineri per procuratorem Episcopi responsum fuit.

43 Ad decimum tertium super annata quam pretendit Episcopus, ut fertur, pro beneficiis de novo erigendis seu instituendis, dicitur bene à procuratore Episcopi responsum fuisse negando hujusmodi annatam exigi, & propterea ut ita sit docendum, fore ut nihil exigatur, nisi ubicumque necessario aliquis processus fiet, tunc enim Notario scribenti pro suo labore aliquid honestum esse solvendum non videtur inconveniens.

44 Ad decimum quartum super eo quòd Episcopus si Capellania unitari Dignitati quæ aliàs in nihil contribuere tenetur, vult ratione capellanæ ab obtinente dignitatem exigere jus visitationis & donativum. Respondetur omnia jura quæ Episcopo competeant in Capellania ante unionem remanere Episcopo, nisi contrarium in ipsa unione Apostolica autoritate fuerit expresse dispositum.

Ad decimum quintum super eo quòd Episcopus utatur nimis frequenter censuris, ut objicitur in causis civilibus & per vi momenti, dicitur Episcopum non debere inferre censuras, nisi servata formâ dicti Sacri Concilii, c. 3. de reform. sess. 25.

Ad decimum sextum de persona Vicarii & Officialis Generalis, confidit Sacra Congregatio Episcopum talem Vicarium seu Officialem Generalem constituere qualem insignem illam decet Ecclesiam.

Ad decimum septimum super eo quòd Episcopus Ordines generales confert ut plurimum in Capella Ecclesiæ remota & obscura; & quandoque in alia ejus Palatii, nullâ precedente intimatione nec vocatis Canonicis, dicitur ab Episcopo servandum fore in omnibus Decretum S. Concilii prædicti, c. 8. de reform. sess. 23.

Ad decimum octavum super eo quòd Episcopus non permittit ut exponitur, Parochos & Beneficiatos facere servitium alterius beneficiati in eadem Ecclesia vel alia etiam provisi non


residentis, nisi habita licentiâ & pro ea jussis octo & denariis quatuor persolutis dicitur quòd ubicumque Parochus suæ Parochiæ curæ animarum sibi commissarum & beneficiatus muneris suo plene satisfecerit, si quod tempus superavit ut quocumque alterum fore impedimentum adjuvet, non videtur prohibendum, quod autem pro licentiâ aliqua taxa solvatur, saltem post Concilium Tridentinum nullo modo probatur.

Optaret tandem Sacra Congregatio, ut Episcopis pro sua pietate & populi sibi commisi adificatione non solum ipse quod speratur, sed etiam agat ut alii Officiales & Ministri & Notarii ablineant ab omnibus exactionibus vel insolitis vel immoderatis, ita ut appareat nihil ex cupiditate, sed omnia ab eo honestè & moderatè fieri ad Dei gloriam & salutem animarum. Actum in Sacra Congregatione, die & anno superius annotatis.

Porrò in omnibus supra scriptis casibus in quibus Notario aliquid accipere non licet, si de facto accipiat est simoniacum, quia prohibitum, non prohibitum quia simoniacum secundum Petrum Hispan. Lau. & Goffred. quos hic refert Joannes Andreas n. 6. in fine, licet Vincentius contra, & ita intelligo infra scriptam resolutionem Sacre Congregationis Concilii videlicet.

An Notarii pro literis dimissorias plusquam decimam unius auri partem accipientes contra id quod statuitur Decreto Concilii Tridentini, cap. 1. sess. 21. simoniam committere censentur, Sacra Congregatio censuit committere simoniam, alioquin si hoc esset naturaliter & intrinsecè malum non potuisset Ecclesia statuere, ut liceret Notario decimam auri partem accipere, ut notatur in c. Ex parte, si primo in glossa dimittere, de Offic. Deleg.

Et de supra dicta distinctione vide quod latissime scripsi in c. Cum pridem à num. 2. usque ad num. 30. supra de pactis, ubi etiam habes articulum quem hic prosequitur Abbas num. sexto, videlicet an Papa possit involvi crimine simoniæ, in tertia quaestione, à numero quinquagesimo tertio usque ad n. 141.



DE SIMONIA

Deodatus Papa.

CAPUT IV.

Accusatum simoniacum, necesse habuimus prohibere, ne Missarum solemnia celebraret, donec quid esset verius conlitisset.

SUMMARIUM.

- 1 **A**ccusatus de simonia de qua prius erat infamatus, est ipso jure suspensus tam quoad se quam quoad alios. Et quid post Constitutionem Martini V. Ad evitanda n. 9.
- 2 Simoniacus in ordine habet characterem vitiosum.
- 3 Accusatio de simonia non præcedente infamia est suspectus quoad se, sed non quoad alios.
- 4 Simoniacus pendente accusatione ab administratione Divinorum prohibetur.
- 5 Prohibitio Divinorum est suspensio.

- 6 Accusatus de simonia interim suspenditur à celebratione Missæ.
- 7 Suspectus & excommunicatus à jure potest suspendi & excommunicari ab homine.
- 8 Simonia est morbus canerosus, in quo opus est ferro ignito.
- 9 Accusatus & infamatus de simonia hodie non est suspectus quoad alios, nisi sit publicè denunciatus per sententiam.
- 10 Inquisitio vel accusatio, denunciatio & exceptio an impediunt promotionem vel electionem.

Accusatum. Ad faciliorem intelligentiam præmitte hoc cap. & cap. sequens habere locum in accusato de simonia, qui prius erat publicè diffamatus & de quo aliqua signa apparebant, ut c. Sicut si primo infra eodem. Tali enim erat ipso jure suspensus tam quoad se, quam quoad alios, cap. Præter hoc, §. Veram, in fin. 32. distin. cap. Quibusdam; & cap. Reperiuntur, 1. quæst. 1. Præsertim simoniacus in ordine, qui habet characterem vitiosum, ut cap. Tanta infra eodem. Secus verb si accusatus esset aliàs simoniacus occultus, quia tunc quamvis esset suspectus quoad se, sicut qui liber exiens in peccato mortali, non tamen quoad alios, cap. ult. supra de cohabit. Cler. & mulier. c. Sacerdotes 1. quæst. 1. & ita intelligunt hoc, c. cum c. seq. glossa 1. hic, Innocentius, Abbas Antiq. & Host. omnes in princ. Butr. n. 3. & 4. vers. Vel dicit glossa & alii communiter.

Hoc præmissò, cum Papa hic dicat, necesse habuimus prohibere, ne accusatus de simonia Missarum solemnia celebraret, hinc emerferunt duo intellectus ad hanc Decretalem. Primus est exponendo verbum prohibere, scilicet de facto non autem de jure, nam cum talis in veritate jam esset ipso facto suspectus, non fuisset necesse illum de novo suspendere, sed ne divina celebraret prohibere, hoc referens ad nudam prohibitionem facti non autem juris, secundum Host. hic n. 1. Joan. Andr. n. 1. in verb. Prohibere, Butr. n. 4. & Card. ante n. 1. vers. Sed potest legi, & juxta hanc lecturam Decretalis summatur sic secundum Abbatem Joan. de Anan. Mar. Socin. Simoniacus pendente accusatione ab administratione Divinorum prohibetur. Hoc dicit cum c. seq.

Secundus intellectus qui magis placet Cardin. accipit verb. Prohibere, pro suspensione, quia prohibitio Divinorum est suspensio, cap. Is cui de sentent. excommunic. lib 6 & juxta hanc lecturam sic summatur Cardinalis. Accusatus de simonia interim suspenditur à celebratione Missæ, hoc intendit cum cap. seq. Quòd si objicias, quare ergò suspenditur

cum jam suspensus sit? Respondetur secundum Host. Joan. Andr. Butr. & Card. proximè citatos, suspensum à jure posse nihilominus suspendi ab homine, nam & excommunicatus excommunicatur, ut cap. Ita quorundam, infra de Judicis, & leg. & not. in c. Cum pro causa & in c. Officii, de sentent. excommunic.

Quamvis autem hoc cap. & cap. sequens loquatur de simonia, quæ ut ait Goffred. in cap. Tanta, infra eodem & Joan. Andr. hic n. 2. est morbus canerosus in quo opus est ferro ignito, cap. Reperiuntur, 1. quæst. 1. tamen obtinet etiam in aliis criminibus, secundum Innocentium hic n. 1. vers. Et non obtinet solum in simonia, & Host. in princ. per lib. 1. Cod. de reis postulatis lib. 10. & cap. Presbiter, 3. quæst. 5.

Ceterum adverte, quia licet inspecta juris communis dispositione accusatus de simonia vel alio crimine, de quo prius erat infamatus, sit ipso jure suspensus etiam quoad alios, ut dictum est supra in principio, hodie tamen hoc non obtinet, nisi etiam sit suspensus & publicè denunciatus per sententiam hominis, quæ incipit, Ad evitanda scandala; licet communicamus etiam in Divinis Officiis & receptione Sacramentorum excommunicatis suspectis & interdictis, nisi sint publicè denunciati per sententiam hominis, aut notorii Clericorum percussores, de cujus Constitutionis intellectu & robore latissime differuimus in cap. Quod à prædecessore, infra de schismaticis, ubi plenè videas. Hæc de celebratione Divinorum & Sacramentorum administratione.

Quid autem juris sit in promotione vel electione videlicet an impediatur per inquisitionem vel accusationem, denunciationem vel exceptionem, distingue ut plenè scripsi in c. Omnipotens, supra de accusat. & hic per Innocentium & Henric. Boich.



DE SIMONIA


Idem Deodatus Papa.

CAPUT V.

Quoties; & infra. Pervenit ad nos, quod per simoniacam hæresim fueris ordinatus, propterea necesse habuimus te prohibere ne Missarum solemniam celebrare debuisses, donec quid sit verius discerneremus.

Quoties. Idem dicit, quod præcedens, nisi quod illud cap. loquitur in aculato de simonia, de qua tamen erat publicè infamatus, ut dixi n. 1. hoc verò inquisito, qui simpliciter erat infamatus, cum inquisito non fiat, nisi præcedente infamia, c. Qualiter, §. secundo, c. Cum oportet

& c. inquisitionis, supra de accusat. Rursus illud loquitur de simonia in genere, hoc verò specificat de simonico in ordine, quare ad intellectum hujus cap. vide quæ scripti in capite præcedenti.



DE SIMONIA

Alexander III.

CAPUT XVII.

EX diligenti tua relatione innotuit, quod H. Cant Archidiaconus te induxit, ut ei homagium faceres, & fidelitatem præstares, ita quod ipse tibi beneficium Ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Unde quoniam hujusmodi oblatio illicita & contra tuam salutem, necnon & suæ profectum exiit, absolvi à nobis instantius postulasti, adjiciens, quod ab eo deinceps nihil omnino beneficio acciperes constituto. Quocirca nos tuam petitionem honestam & favorabilem attendentes, te à præfati Archidiaconi homagium & fidelitate (præsertim cum hæc taliter præstita divinis & humanis legibus contraire noscantur) absolvimus, ita quod ab Episcopo vel Sacerdote discreto, penitentiam inde condignam recipias. Verum ne aliqua propter hoc nota vel infamia possis respergi, absolutionis nostræ litteras tibi duximus indulgentias, quibus contra latrantium morsus tutus & præmunus existas, & quas in testimonium indulgentiæ nostræ valeas demonstrare.

SUMMARIUM.

- 1 Homagium facere pro habendis spiritualibus simoniacum est.
- 2 Homagium est manus ab obsequio.
- 3 Simoniacum est contra Divinas & Humanas Leges dare aliquod temporale pro collatione beneficii Ecclesiastici. Intellectus hujus capituli, ibidem & n. seq. usq. in fine.

- 4 Lex Divina & Humana que dicatur & n. seqq.
- 5 Simonia crimen est merè Ecclesiasticum.
- 6 Jus Divinum an dici possit ob Ecclesia extensum.
- 7 Papa recipiendo pecuniam pro beneficii collatione an involvatur crimine simonia.

EX diligenti. Pro habendis spiritualibus homagium facere simoniacum est, hoc dicit, sunt duæ partes. In prima ponitur supplicantis narratio, petitio & obligatio. In secunda petitionis exaudiri cum determinatione & litterarum dato, ibi. Quo circa.

reg. jur. ubi dicitur indignum esse & à Romanæ Ecclesiæ consuetudine alienum, ut pro spiritualibus homagium quis facere compellatur, est enim munus ab obsequio indebitè impensio, quod simoniam inducit, c. Sant non nulli 1. q. 1. & hic notat glossa 1. & DD. Secundo nota litteram hic, cum hæc taliter præstita divinis & humanis Legibus contrariis noscantur, & deinde collige simoniacum esse & Lege Divina prohibentem præstare

Nota primo ex hæc Decretali, simoniacum esse homagium facere, seu fidelitatem præstare pro beneficio Ecclesiastico obtinendo, ut hic est casus & in cap. fin. infra de

homagium & sic dare aliquid temporale pro collatione beneficii Ecclesiastici. Et quamvis glossa in verb. Divinis, exponat verbum illud, Divinis, id est Canonicis prout exponitur in capite. Quod suspecti, 3. quæst. 5. & verbum, Humanis, interpretetur, id est civilibus, dum allegat l. Si quemquam, Cod. de Episcop. & Cleric. & Authen. de Sanctissim. Episcop. circa princ. §. Sed neque collat. 6. & hanc expositionem sequatur Præpos. in cap. Latorem, n. 31.

1. quæst. 1. Hic tamen prima glossa expositio non videtur admittenda, quia cum crimen simoniae sit merè Ecclesiasticum Leges Civiles non possunt se de illo intrinsece committere, gloss. fin. in cap. Cum sit generale de foro competent. quam sequuntur communiter Doctores teste Joan. de Anan. in c. 1. num. 6. supra eodem, & Julio Claro in pract. crimin. §. Simonia, n. 7. vers. Hoc crimen. Verbum illud, humanis, non potest exponi civilibus, quia non est credendum hunc Canonem voluisse canonizare Leges Civiles, de hoc crimine statuentes & ponentes falcem in messem alienam, ut in c. Ecclesia sancte Mariae, cum hic notatis per Doctores supra de Constit. Sed intelligi debet humanis, id est canonicis, seu Ecclesiasticis & consequenter præcedens verbum Divinis, cum ponatur ad differentiam canonicarum, non potest exponi pro canonicis, alioquin perinde esset ac si dixisset textus, cum hoc Canonice & Canonicis Legibus noscatur contraire, & sic esset nugatoria propositio. Unde merito glossa transit ad secundam expositionem intelligendo proprie illud verbum, Divinis, quia hoc est contra veteris & novum testamentum, ut in cap. Qui statet 1. quæst. 1.

6. Nec revelat, quod Præpos. in c. Latorem, n. 31. vers. Non obstat 1. quæst. 1. dicat illam glossam esse intelligendam de Jure Divino ab Ecclesia extenso, dum allegat textum, in dict. cap. Qui statet, qui loquitur de simonia in ordine. Imò, enim hic potius colligitur glossam sentisse pari passu ambulare simoniam in ordine & in beneficio, dum

ad probandum simoniam in beneficiis esse damnatam in veteri & novo Testamento adduxit textum, qui loquitur de simonia in ordine. Præterquam quod Jus Divinum extensum verè & proprie non est aliud à Jure Divino, sicut patet in naturalibus, nam pellis extensa, est eadem pellis, nec proprie hic dicitur extensa, sed comprehensio, arg. l. Neque ff. de Legib. & eorum quæ notant Cyn. & Bart. in l. 1. Cod. de interd. Quod si extensio simoniae fieret ultra Jus Divinum, jam non verificaretur, quod dicit glossa simoniam in beneficio esse prohibitam in veteri & novo Testamento, nam potius esset prohibita ex Constitutione Ecclesiæ. Atque ita hic juncta glossa est casus apertus contra eos, qui tenent vendere titulum beneficii Ecclesiastici non esse simoniacum, quia prohibentem, cum tituli beneficiales sint de jure positivo, inter quos recentetur Henric. Boich. in c. 1. in princ. Ne Prælat. voces suas, & Cardin. in cap. 1. num. 1. supra eodem, inferentes propterea Papam recipiendo pecuniam pro beneficii collatione non involvi crimine simoniae. Et de communi opinione testantur Joan. de Anan. in d. c. 1. post. n. 7. Felin. ibid. num. 1. & in cap. Ex parte il primo, nu. 1. vers. Dicunt hic moderni, de offic. Deleg. Præpos. in d. c. Latorem, n. 29. 1. quæst. 1. & Jul. Clar. in d. §. Simonia, num. 5. vers. Quæro etiam. Sed hic in contrarium ut videt, est textus hic, & ad idem sunt jura aperta in cap. Ex multis, 1. quæst. 3. cui responderi non potest, ut inquit Felin. in cap. 1. num. 2. vers. Sed fortis arget supra eodem. Item in c. Salvator, in cap. Si quis dator & in cap. Si quis obijerit, eodem caus. & quæst. in cap. Presbiter, 1. quæst. 1. Hunc articulum latissime prosequor in cap. Cum pridem, supra de pact. ubi à num. 42. usque ad num. 50. expendo singula jura proxime citata & totam materiam examino per quinque principales questiones à nu. 2. usque in finem, ubi videas.



DE SIMONIA

Cælestas III.

CAPUT XXVII.

Nobis fuit ex parte tua intimatum, quod cum quatuor essent à capitulo constituti qui debebant quemdam eligere in Plebanum, amici ejus, de cujus electione spes habebatur, uni vel omnibus eligentium promiserunt, se pecuniam soluturos; eo tamen ignorante, qui hujusmodi promissione interveniente postmodum est electus; & infra. quia igitur super hoc consulere nos voluisti, consultationi tuæ breviter respondemus, quod nisi constaret illos, qui promissum tale fecerunt, per fraudem in dispendium illius, qui eligendus erat, id maliciose fecisse, quamvis ipse promissionis conscientius non fuerit, ejus tamen electio, tanquam simoniaca pravitate præsumpta, est penitus reprobanda & infra: Ad ultimum, quod in fine consultationis tuæ invenimus, hoc duximus respondendum, quod aliqui in Ecclesiæ cujlibet Prælatum electus & ut dictum est, per pravitatem simoniacam reprobatus, ab Episcopo suo dispensationem aliquam obtinere de jure non potest.

SUMMARIUM.

- 1 Electio simoniaca est cassanda, si electoribus propter hoc sit promissa pecunia, quamvis electus ignoret.
- 2 Non dispensat Episcopus cum electo reprobato propter intuitum simoniae & num. 9.
- 3 Electio est simoniaca etiam cum pecunia promittitur uni tantum electoribus, licet electus hoc ignoret & numer. 16. & seqq.
- 4 Electio tota cur inficiatur ex voto unius simoniaci, non autem ex voto unius excommunicati ignoranter adhibiti.
- 5 Præsentatio, collatio, & electio vitiantur ex simonia unius, si competant pluribus ut universis. Sectis si ut singulis.
- 6 Electio eodem modo est simoniaca, si pecunia electoribus sit promissa, ac si soluta fuerit.

- 7 Simonia non tantum realit, sed etiam conventionalis reddit electionem ipso jure nullam & n. 13.
- 8 Electio quamvis sit simoniaca, non tamen vitatur quando pecunia eligentibus datur, vel promittitur malitiose, & in fraudem electi & n. 32.
- 9 Dispensare non potest Episcopus post electionem cassatam cum simoniace electo etiam ignorante.
- 10 Electio Papæ per simoniam celebrata an, & quando sit ipso jure nulla, & n. seqq. usque ad n. 102. Quid si resmet electus cum Cardinalibus votum dantis simoniam commiserit num. 11. & 56. Et quid si alius cum commiserit electo contradicente numer. 30.